

ILLVSTRISSIMO
ET AMPLISSIMO,

Ex Decemviro^{rum} ordine, Senatori,

NICOLAO CONTARENO
PATRONO OBSERVATISSIMO.



Africanus Colosinus. S. P. D.



QVOD solent facere hi, qui sponfas deducunt primū
in hominū conspectum, idem præstandum est Bi-
bliopolis in libris edendis Vir Illustrissime, vt enim illi
summa adhibita diligentia, eas ornant, & expolunt
omni quidem ex parte facitamen, & frontis longē
maiorē curam gerunt, quam aliarum partium, vt
scilicet primo aspectu oculos capiat, atq; delectet inuictum, & digni-
tatem, ac gratiam sponfas acquirat, ac parer, ita etiam in libris diuulgan-
dis, & quodam modo in lucem, prospectumq; hominum deducendis fa-
ciendum est ipsis meratoribus iuxta illud celebre Pindaricum *ἄρχεται
πρῶτον ἐργου πρόσωπον, καὶ θέμεν ἐπιλαυγές* idest, principio operis facie oportet
collocare illustrem, vt scilicet prima pagina aliqui illustre præferat, no-
mine aliquo insigni sit cohonestata, quo scilicet dignitas quaedam ex
personæ splendore libro atq; confatur. Cum igitur essent edendi hi libri Mé-
taphysicarum Disputationum, in quibus summo ordine, ac elegancia
vniuersa Theologia naturalis explicatur, & omnis Peripatetica doctrina
quasi silua quodecim libris Metaphysicorum tradita excutitur, & euu-
cleate declaratur, tu mihi vnus vir Illustrissime hęc curas, qui posses mu-
nus hoc cumulatissimè præstare, & libro auctoritatem, & auctori digni-
tate accerfer tuo splendore, mihi verò utilitatem obiter, ac commodum
afferre, & studiosis habendi, & emendi libri desideriu incutere, & excita-
re. isti enim (vt ὕπερον κερύτερον, homerice aggrediar) cum tuum præscriptū
nomen videbunt, qui summa es dignitate, & summa doctrina, ac pruden-
tia opinione, persuadebunt sibi ipsis non potuisse tanto viro nisi ali-